



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

43 Apostatae ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ur ad Monasterium redeat est cogendus, & tanquam apostata puniendus, interim verò nullo privilegio suæ religionis juvari potest. Conc. Trid. eod. cap. 19. §. quod si antea.

43 Apostatæ ꝑ pœna est excommunicatio- nis, quæ incurritur ipso facto, ut est text. in cap. 2. §. si quis autem, ubi etiam gl. ne cler. vel Mon. in 6. & Pius Quintus revocavit, & abolevit omnia, & singula privilegia, facultates, dispensationes, & indulgentia, præter juris communis dispositionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres Monachos, Canonicos, & alios laxiorum ordinum professores, &c. Cassavit quoq; & annullavit quo ad illa, omnes Apostolicas, & alias litteras super iis confectas, ac processus, & alia inde secuta quæcunque. Quoscuque verò, qui aliquem contra suæ revocationis tenorem admitterent, aut reciperent, vel receptos retinerent, ipsos, omnibus, & singulis dignitatibus, administrationibus, beneficiis, officiis, fructibus, & pensionibus Ecclesiasticis privavit, & ad futura inhabiles esse voluit eo ipso, ut in litteris, de quibus in Bull. cap. 91. & quia regulares de uno ad aliûm ordinem translati, facili à suo superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur, nemo superior cujusvis facultatis vigore aliquem ad habitum & professionem admittere potest, nisi ad ordinem ipsum ad quem transfertur sub sui superioris obedientia in claustris perpetuò maneat, & taliter translatus etiam si Canonicorum Regularium fuerit ad beneficia secularia, etiã curata omninò incapax existit. Conc. Trid. cap. 11. de refor. sess. 14.

45 Abbatissæ ꝑ verò, & aliæ præfectæ Mo-

nasteriorum quocunq; nomine appellentur minores annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerint, eligi non possunt. Concil. Trid. c. 7. de regul. & mon. sess. 29. & c. sanctimonialis 20. q. 1. olim enim Abbatissam sexagenariam esse oportebat. cap. indemnitatibus. junct. gl. de elect. in 6. quod hodie si qualitatibus supra à Conc. Trid. traditis non reperitur in eodem Monasterio, ex alio ejusdem ordinis eligi potest, & si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni præest, videbitur, ex iis, quæ in eodem Monasterio annum trigésimum exceperint, & quinq; saltem annis post professionem rectè vixerint, de consensu Episcopi, vel alterius superioris eligi poterit. ut eod. c. 7. §. quod si hu, & quod ita de consensu Episcopi fieri possit, fuit à sacra congregatione decisum super eod. cap. 7. vers. an eo casu.

Episcopus verò, vel alius superior, qui electioni præest, ꝑ claustra Monasterii ingredi non debet, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audire, vel accipere tenetur, in d. c. 7. §. Et si quæ. Atq; cum Vicario suo, vel Secretario, aut alio ab ipso assumpto, vota singularum Monialium ore tenus expressa, superior audire potest. ut in decis. super eod. cap. in factis. in ver. accipiat. si nec quadragenaria, nec quæ trigésimum annum expleverit, in ipso Monasterio reperitur, minoris ætatis eligi non potest, sed ad Papam est recurrendu, ad quem spectat postulationem hujusmodi admittere, Sacra congregatio super eod. cap. 6. §. quod si nulla.

47 Episcopis ꝑ sub obestatione divini iudicii, & interminatione maledictionis æternæ præcipitur, ut in omnibus Monasteriis